Actum in Castro Premisliensi Feriâ Secundâ, ipso die Festi Sancti Ægidy Abbatis, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Tertio. 1/IX

Jastkowskich coniugum Aduitalitas

Comparentes personali᷉ Coram Officio Actisq᷉ pr[æse]n[ti]bus Castren᷉ 482
Capitan᷉ Premislien᷉ Generosi Alexander de Jastkow Jastkow:
ski, Aulicus et Dapifer Sacræ Regiæ M[aies]t[a]tis ab una, et Hele:
na de Rybno Gen[er]osi olim Matthiæ Rybinski Venatoris Terræ Chel:
mensis cum Gen[er]osa olim Theophila Rzyskowska procreata filia, par:
te ab altera, Coniuges legitimi. Maritus quidem Ipsius pro Consors vero
cum eiusdem Mariti sui Ut Tutoris Coniugalis p[er]sonali assistentia et U:
triusque ad infrascriptam recognoscenda Consensu Sani mentibus et Corpo
ribus existentes, a Terris [illegible] Iuribus [illegible] quibusvis
contrarijs et competen[tibus] [illegible], Processu [illegible] Castren᷉ Capitan᷉
Premislien᷉ quoad Actum huius attinet sese suaq[ue] ac bonis eius ge:
neraliter omnibus totaliter et plenarie incorporan[do] atque subijcien[do] [illegible]
publice ac per expressum Recognouerunt et quilibet illorum seorsim [illegible] in:
teresse [illegible] Quia ipsi sibi mutuo et inuicem una pars alteri omnium gene:
raliter bonorum suorum hæreditar[iorum] et obligator[iorum] mobilium et immobilium summarumq[ue]

quorumvis pecuniis. Nec non argenti Clenodiorum Monilium Margaretarum Unionum, Vestium Vestimentorum, Pecorum Pecudum Equirea, ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in futurum habendae mutuam Advitalitatem et Usumfructum ad extrema vitae suae tempora inscripsere et concessere, prout sese inscribunt et concedunt tali vero modo. Quod si prius Generosum Laurentium Jastkowski Maritum quam Generosam Laurentiam Jastkowska Consortem de hac luce decedere contigerit, ex tunc praefata Consors bona generaliter omnia ac res supradictas omnes Morte Generosi Mariti derelinquendas cum omni eorum Jure dominio et proprietate, omnibus et singulis Utilitatibus et Usufructibus tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pacifice utifruetur ad extrema vitae suae tempora. Post Mortem vero eiusdem Laurentia Jastkowska Consortis bona generaliter omnia ac res supradicta praefati Mariti propria ad Successores eiusdem Mariti absque ulla contradictione Successorum Generosae Consortis pleno Jure redibunt et devolventur. Similiter quoque si prius Generosam Laurentiam Jastkowska Consortem quam Generosum Laurentium Jastkowski Maritum mori evenerit, ex tunc praefatus Maritus bona generaliter omnia Morte praefatae Consortis derelinquenda cum omnibus eorum utilitatibus et Usufructibus quoad vixerit tenebit et possidebit illisque utifruetur. Post Mortem vero eiusdem praedicta bona praefatae Consortis propria ad Successores eiusdem Consortis absque ulla contravenientione et Contradictione Successorum Generosi Mariti totaliter et plenarie devolventur. Hac personali Recognitione ad praesentia acta mediante.

Didinski Swoliszowskiemu roborat

Comparens personaliter Coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Stanislaus Dydynski, Sanus mente et corpore, exutus a Terris, Actibus Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus renuntians Iuri suo Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad Actum huius attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo Palam libere publiceque per expressum sequitur. Quia ipse se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibusque summisque quibusvis pecuniis inscribit